Regimen calculosorum



Quia calculus frequenter accidit personis nobilibus
Et cura eius multum difficilis aliqua breviter ad meliorem
medicinam dictabo Et primo ponam causas que plures
contingunt 2o ponam signa quibus cognoscitur 3o ponam cura-
tionem quam potero breviter De primo sciendum quod sunt cibi genera-
tes grossum sanguinem ut sunt fabe Casei atque carnes
bovine panis azimus aves degentes in aquis pisces besti-
ales non squamosi Vinum novum aqua turbida et indigestio
Et crapula et humoris cruditas virtutis expulsive debilitas
Causa materialis est humor materia grossa viscosa ut flegma grossum
vel sanguis grossus Et iste sunt materies Et causa
efficiens est calor excessivus renum vel vesice et causa
mala quod ut est strictura meatuum et latitudo in renibus
granis Et quia in materia grossa calor fortis dissolvit subtile
et grossum indurat et lapidificat Et est morbus hereditarius
sive artheticus quod bene videtur quod filius frequenter assimilatur
patri in forma et per assimilationem in renibus et vesica et compositione
et complexione primo ponderis Signa autem sunt satis clara
ut dolor in illis partibus ventris constrictio nausea commotio
et difficultas mingendi sive stranguria De renum lapide

Frequenter generatur lapis renum in senibus et pueris
propter debilitatem virtutis expulsive In masculis
plus generatur in vesica quia longior est via expulsiva
per expellendum in pueris quam in senibus Differunt autem lapis renum
a lapide vesice quia in renibus est minor et vergit ad rubedinem
et est minus ~~rubeus~~ durus Et lapis vesice est maior et
durior et vergit ad albedinem Differunt vero sunt lapides
in figuris Quia quidam sunt ~~...~~ ablongi quidam sunt triangu-
lares Quidam quadrangulares alii rotundi alii spini

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1205/0061
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG